

gest. 23. Loca sacra quasi nostra, in rem actione petere non possumus. Lib. 8. tit. 1. digest. 14. Sacro loco interveniente, iter per ipsum in privatum locum impeditur. Servitus enim per istiusmodi locum non confilit. Lib. xi. tit. 7. dig. 36. Loca sacra ab hostibus capta, desinunt esse sacra, sicut homo liber in servitatem pertraetus. Ab hac vero calamitate liberata, pristinum statum recipiunt. Lib. 17. tit. 2. dig. 63. Si res communis consecrata fuerit, in illa societas solvitur. Lib. 18. tit. 1. dig. 4. 6. 62. Sacrae rei emptio consistit, si illam sacram esse emptor ignoret, habetque adversus venditorem actionem quanti ejus interfuit, ne ea res vindicaretur. Si vero sciat emptor, non consistit venditio. & dig. 73. ejusdem tituli: Aude sacra diruta, locus non fit profanus: unde neque venire potest. *Balsam. Schol.* Digestum 1. tit. 8. lib. 1. dig. est liber 46. Basilic. tit. 3. cap. 1. quod sic habet, ut scriptum est. Digestum 6. est cap. 8. ejusdem libri & tituli, quod digesto per omnia simile est. Similiter & digestum 8. 9. & 10. Digestum 7. tit. 16. lib. 1. dig. est lib. Basil. 6. tit. 2. cap. 9. quod habet, ut scriptum est. Digestum 60. tit. 14. lib. 2. est lib. xi. cap. 60. quod eadem dicit. Digestum 23. tit. 2. lib. 6. est lib. xv. tit. 1. cap. 23. them. 2. quod habet, quemadmodum scriptum est. Digestum 14. tit. 1. lib. viii. est lib. 58. tit. 1. c. 14. them. ult. quod simili modo habet. Digestum 36. tit. 7. lib. xi. dig. est Lib. Basil. 59. tit. 1. cap. 36. quod habet quomodo scriptum est. Digestum 63. tit. 2. lib. 17. dig. est Lib. Basil. 12. tit. 1. cap. 63. them. ult. quod dicit: Solvitur societas, quam aut persona, aut res, aut actio, aut voluntas interit. Digestum 5. 6. & 62. tit. 1. lib. 18. dig. est Lib. 19. tit. 1. cap. 14. quod eadem dicit. Digestum 73. ejusd. tit. & lib. est ejusdem 19. libri tit. 1. cap. 73. quod sic habet, ut scriptum est.

Ibid. Et lib. 24. tit. 1. digestum 5. Repte dono uxori meæ locum, ut in ipso ædem sacram faciat, atque locus sit sacer. Lib. 27. tit. 10. dig. 12. Furiosi curator rem ejus dedicare non potest. Lib. 30. dig. 39. Qui rem sacram legat, furere videtur: neque aestimatio ejus præ-